

*Diliges proximum tuum sicut teipsum.*

Léctio libri Levítici

19, 1-2. 17-18

<sup>1</sup> **L**ocútus est Dóminus ad Móysen dicens:  
<sup>2</sup> «Lóquere ad omnem cœtum filiórur Israel  
et dices ad eos:  
Sancti estóte,  
quia sanctus sum ego, Dóminus Deus vester.

[3-16]

<sup>17</sup> Ne óderis fratrem tuum in corde tuo;  
árgue eum, ne hábeas super illo peccátum.  
<sup>18</sup> Non quæres ultióner nec irascéris cívibus tuis.  
Díliges próximum tuum sicut teípsum.  
Ego Dóminus».

Verbum Dómini.